Bulla Sanctissimi Pii etc.

M
L
1818


ARMI E DVELLI
EX LIBRIS
DI
GIORGIO ENRICO LEVI

# BVLLA SANCTISS. D. N. D. PII diuina prouidentia Papæ IIII. ſuper confirmatione, ac innouatio ne prohibitionis Duellorum.



ROMAE Apud Antonium Bladum Impreſſorem Ca
meralem Anno Domini M. D. LXI.

# PIVS EP̄VS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM Rei Memoriam.

EA quæ a prædeceſſoribus nr̄is Romañ. Pōtifici
bus ſuadentibus legitimis cauſis emanarunt libenter approbatio-
nis, & innouationis munimine ſolidamus. Vt eò firmius illibata
perdurent quò ſæpius fuerint Apoſt. aūcte munita illaq; de nouo ſta-
tuimus, & ampliamus prout rationabiles cauſæ perſuadent, & hoc
in domino conſpicimus ſalubriter expedire. DVDVM ſiquidem a fe. re. Clemē
te Papa VII. prædeceſſore noſtrō emanarunt lr̄æ in quibus nōnullæ aliæ inſerunt
tenorum ſubſequentium. Clemens Ep̄s ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam Rei me
moriam. Conſueuit Romañ. Pontifex ex Apl'icę Sedis prouidentia ad reprimen-
dum nepharios conatus peruerſorum contra canonicas ſanctiones, & mādata apo
ſtolica in ſuarum, & aliarum animarū periculum, ac dictæ ſedis contemptū temerè
tendentiū geſta p̄deceſſorum quādoq; innouare, ac innouata cōfirmare, & apl'ico
munime roborare prout in dn̄o conſpicit ſalubriter expedire, Sanè dudum fe. re.
Iulius Papa ii. prædeceſſor nr̄ Motu proprio Duellorum, & gladiatorum vſum per
ſuas lr̄as damnauit, & improbauit, ac in terris Sanctę Rom. Ecl'iæ mediate, vel im-
mediate ſubiectis per quoſcunq; quauis aūcte, & poteſtate, ac nobilitate fulgētes
ſub excōis latæ ſententiæ pęna, ex quacunq; cauſa etiā, a legibus permiſſa fieri om
nino prohibuit Quas quidē lr̄as poſtmodū piæ memoriæ Leo p̄p̄. x prædeceſſor
nr̄, & ſecundum carnem fr̄ patruelis pro illarum maiori robore per ſuas lr̄as cum
lr̄arum Iulii prædeceſſoris hmōi de verbo ad verbum inſertione innouauit prout
in eiſdem literis quas præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus plenius con-
tinet. Nos igitur cupientes lr̄as prædictas pro Xp̄ifidelium animarum, & corpo-
rum ſalute, ac tranquilitate inuiolabiliter obſeruari. Motu proprio, & ex certa ſci-
entia, ac de apl'icæ poteſtatis plenitudine lr̄as prædeceſſoris hmōi auctoritate apo
ſtolica tenore p̄ñtium approbamus, & innouamus, ac p̄ñtis ſcripti patrocinio com
munimus. Decernentes illas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis cl'is plenum
firmitatis robur obtinere, ac ab oībus inuiolabiliter obſeruari, & per executores
in illis deputatos aduerſus cōtrafacientes ad executionem pęnarū procedi debere
Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis q̄
dicti prædeceſſores in dictis eorum lr̄is voluerunt non obſtare cęteriſq; contrariis
quibuſcunq; Tenor vero lr̄arum prædictarum ſequitur, & eſt talis. Leo Ep̄s ſeruus
ſeruorum Dei Ad perpetuam Rei memoriam. Quam Deo & hominibus abomi-
nabiles viri pugnantes in duello exiſtant, & omniū in ore verſatur, & diuina huma
naq; iura deteſtantur nec immerito cum non ſolum corporum, ſed etiam eorum
animarum pro quibus Saluator nr̄ Ieſus Chriſtus Dei filius mortem ſubiit tp̄ralem
graue detrimentum afferre noſcantur. Ad reprimendum igitur talium nepharios
auſus plurimum conferre cenſentes eos qui hmōi ſcelus deteſtabile quidem, & ca-
nonica ciuiliq; lege prohibitum patrare non expaueſcunt grauiter fore puniendos,
ac ea quę ad compeſcendum ſimiles vetitos conatus à Romañ. Pontificibus pręde-
ceſſoribus noſtris ſtatuta fuerunt vt eò firmius obſeruentur quò ſępius fuerint au-

ctoritate apoſtolica communita approbamus & nouo munimine roboramus, &
ſi qua ad perterrendū animos audaces meliora ſint his adiicimus prout in dño cō-
ſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem a fe. re. Iulio papa II. prædeceſſo-
re noſtro emanarunt lr̃æ tenoris ſubſequentis videlicet. Iulius Eps ſeruus ſeruorū
dei. Ad perpetuam Rei memoriam, Regis pacifici qui regnat in Cælis licet inſuf-
ficientibus meritis vices gerentes in terris cunctorum fideliū ſtatui prout ex ſuſce-
ptæ ſeruitutis tenemur officio indefeſſa ſolertia intẽdentes, ac animarū periculis
obuiare cupientes ad ea per quę vbiq; præſertim in terris Romañ. Eccleſiæ ſpon-
ſæ noſtræ ſubiectis inter fideles eoſdem cædes rixæ & contentiones eſſent ſcanda
lorum tollantur fomenta pax & cōcordia vigeant proſperiſq; eorum ſucceſſibus
conſulatur opportunę prouiſionis operā impendimus prout in dño conſpicimus
ſalubriter expedire ſane non ſine maxima animi noſtri perturbatione accepimus
qđ nonnulli fidelium prædictorum inimico humani generis inſtigante, & aliqui
bus cauſis occurrentibus, & plerumq; in minimis & inhoneſtis, ac leuibus verbis
ad contumelias contentiones & diffidationes deuenientes, vt alter alterius ſangui-
ne ſatietur ad temporales Principes & dños maxime Ciuitatum, Terrarum, & lo-
corum ſedi apoſtolicæ ſubiectorum confugiunt vt eis locum tutum ſiue campum
ad Duellum ſeu pugnandum aſſignent & quamuis principes & dñi pręfati Duel-
lum ſiue pugnam eis diſſuadere, & prohibere deberent tamen plerumq; locum aut
campum tutum hmõi aſſignant maliuolumq; altercantiū propoſitum ad executio
nem augent magiſq; vni quā alteri fauent ex quo hominum mortes repentinę & ni
ſi diuina gratia pręueniantur animarum perditiones mutilationes & vulnera inter
eos aſtantesq; pugnantium amicos odia & altercationes & ex vno inconuenienti
plura oriuntur in ipſorū fideliū animarū, & corporum periculū quiſq humani præ
fati iacturā pernicioſum exemplū, & ſcandalū plurimorum Nos igitur qui fideliū pręą
dictorū trãquillitatem & pacem ſinceris deſideriis exoptamus ſaluberrimis Chri-
ſtianæ Religionis documentis & exemplis Deum tentãdum nõ eſſe præmoniti Sal-
uatoriſq; dñi noſtri Ieſu Xp̃i qui Petro Apoſtolorum principi vt gladium mitteret
in vaginam mandauit pręceptis edocti attendentes hominẽ homini inter quem co
gnationem quandã natura conſtituit inſidiari nephas & gladiatoria munera & pu-
gnationes hmõi vulgares a Religionis noſtrę pietate damnari euentaq; ſpectacula
a ſacris canonibus & Imperialibus legibus inhibita & improbata ſicq; pugnãtes in
famia notari & diuerſis pęnis puniri & cum omni tẽpore potiſſimū tamẽ in ocio ci-
uili & domeſtica quiete publica deteſtanda eſſe Motu proprio non ad alicuius ſu-
p hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiā ſed de noſtra mera deliberatione & ex cer-
ta ſcientia hac in perpetuum valitura cõſtitutione Duellorum, & Gladiatorū hmõi
vſum damnamus & improbamus & in terris Romañ. Eccleſię mediate vel immedia-
te ſubiectis per quoſcunq; quauis auctẽ & poteſtate ac nobilitate fulgentes ſub ex
cõmunicationis latę ſententiæ pęna ex quacunq; cauſa ẽt a legibus permiſſa fieri o
mnino prohibemus dictoſq; pugiles taliter pugnantes vbiq; impune capi poſſe &
puniri homicidio vel vulnere iuxta iuris cõmunis diſpoſitionẽ nulla eis conſuetu-
dine ſuffragante ſtatuimus corpora in Duello in terris eccleſię mediate vel imme-
diate ſubiectis de facto morientium in ſacro ſepeliri prohibentes ſub ſimili excõis pę
na & interdicti eccleſiaſtici omnibus & ſingulis vtriuſq; ſexus Ducibus, Comiti-
bus, Marchionibus, Domicellis, Baronibus, & aliis tẽporalibus Dominis, Vicariis cõ
munita-

munitatibus, & vniuerſitatibus, Ciuitatum, Terrarũ, & locorũ pręfatæ Romañ. ecclesiæ mediate, vel immediate ſubiectorum mandantes ne de cætero ppetuis futuris temporibus aliquibus cuiuſcunq; dignitatis, & nobilitatis fuerint & ex quacunque cauſa etiã a legibus nõ improbata locum ſeu Cãpum liberum ad Duellum ſeu alias ad pugnandum tutum aut alias quomõlibet aſſignent cõcedant ſeu tradãt aut aſſignari concedi ſeu tradi faciant vel permittant ſub excõis latę ſententiæ & quatuor milliũ ducatorũ Cameræ apoſtolicæ applicandorũ pœna pro qualibet vice incurrenda & ſi hmõi cõſtitutionis violatores vltra dictã primam vicem fuerint vltra dictas pœnas feudo ſeu Vicariatu quem a dicta Romañ. Eccleſia obtinuerint priuatos fore apoſtolica aũcte tenore præſentium præcipimus, & mandamus atq; decernimus non obſtañ. quibuſcunq; ſtatutis & conſuetudinibus priuilegiis indultis & conceſſionibus quauis aũcte editis & quibuſuis conceſſis cæteriſq; contrariis quibuſcumq; Volumus aũt ꝙ præſentes literę noſtræ poſtquã in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum & in Cãpo Floræ in vrbe affixæ fuerint oẽs & ſingulos Ciues Romañ. & alios in Vrbe commorãtes effluxis quindecim diebus alios vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios tẽporales Dños, Vicarios Cõmunitates, & vniuerſitates præfatas Ciuitatũ, Terrarũ, & locorũ ſedi præfatę mediate vel immediate ſubditorũ decurſo menſe arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus & per omnia perinde ac ſi eis in omnibus & ſingulis contrafacientibus perſonaliter & particulariter intimatæ fuiſſent, Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtræ damnationis, improbationis, prohibitionis, ſtatuti, pręceptionis, mandati, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eis ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrũ anno Incarnationis dñicę Milleſimo Quingenteſimo octauo ſexto kl. Martii pontificatus noſtri anno ſexto. Cum aũt ſicut accepimus in eiſdem literis contenta ab aliquo tẽpore citra nõ fuerint obſeruata & ex eo quãplurimi Barones, Dñi temporales & alii præſertim eidẽ Romañ. Eccleſiæ ſubditi adeo procliuiores ad ꝑpugnandũ in Duello redditi ſint vt paſſim quotidie ſingularia hmõi certamina vbiꝗ cõmitti videantur ac dñi tẽpotales pręfati, armorumq; Duces eos ad id inuitare quin potius irritare non formident cum & in eorũ Territoriis, & iuriſdictionibus tutum pãcratiũ ſiue Aream pręparent & alia euenta ſpectacula exhibeãt & illis cõmitiuam præſtent. Nos igitur non minus deteſtabilem in Duello pugnantiũ quã Ducũ, Comitum, Marchionũ Baronũ Domicellorũ & armorũ Capitaneorũ aliorũq; Dñorũ tẽpotalium eis ad id auxilium conſilium & fauorẽ præſtantium nequitiã ac improbã eorum conſcientiã reprobantes qui ad ea viſendi conueniunt corporũ & animarum ſaluti Chriſtifidelium opportunis remediis indefeſſo ſtudio ꝓſpicere volẽtes literas Iulii prædeceſſoris præfati Motu proprio & ex certa ſciẽtia noſtra ac animi delibetatione harum ſerie aũcte apoſtolica approbamus, confirmamus & innouamus ac præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus adiicientes & eadẽ aũcte apoſtolica ſtatuẽtes ꝙ pugnãtes ipſi nõ ſolũ pœnis prædictis ſubiaceant ſed eorũ memoria perpetuo damnata ſit ac bona præſcripta ſint & Cameræ noſtræ apoſtolicæ cõfiſcata eo ipſo Duces quoq; , Barones, Comites, Marchiones, Dñi tẽporales, Vicarii, Feudatarii armorũ Capitanei Cõmunitates quoꝗ, Ciuitatum Terrarũ, & locorum eidẽ Romañ. Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum cãpum ad pugnandũ præ

ſtantes ne quidem pænas prædictas incurant ſed ab omni iure qđ in locis, & Ter-
ritoriis ſuis obtinent ipſo facto cadant illudq; ad Cameram præfatam deuoluatur,
& deuolutum eſſe cenſeatur abſq; ea declararione deſuper facienda, qui vero ad ta
lia cruenta ſpectacula videnda côuenerint ſi nobiles quingẽtorum ſi mediocris for
tunę centum ſi vero ignobiles vigintiquinq; ducatorũ necnon excõis & perpetuæ
maledictionis pęnam incurrant ac locus ipſe eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, Et
inſuper omnia & ſingula tam per Iulinm prędeceſſorem ſtatura, & vt pręfertur per
nos confirmata & illis adiecta perpetuę firmitatis robur obtinere ac inuiolabiliter
obſeruari debere decernimus. Quocirca venerabili Fratri Raphaeli Epõ Oſtieñ.
Camerario noſtro ac dilectis filiis præſidẽtibus, & Clericis dictæ Cameræ pro tpre
exñtibus, Motu ſimili mandamus quatenus pręſentes literas ſolenniter prout ſibi
videbit publicari ipſaq; ac omnia, & ſingula in eis cõtenta inuiolabiliter obſeruari
faciant contrafacientes vero prædictas cenſuras & pęnas damnabiliter incurriſſe de
clarent ac ſummarie & eorum Camerali more exequantur, & irremiſſibiliter exigãt
cõuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis ſuper quibus amplam eiſ
dem concedimus facultatem, & poteſtatẽ nõ obſtañ. omnibus ſupradictis aut ſi ali
quibus cõmuniter vel diuiſim ab apl'ica ſit ſede indultũ ꝙ interdici ſuſpendi, vel
excõicari nõ poſſint per literas apl'icas nõ facientes plenã, & expreſſam ac de verbo
ad verbũ de indulto hmõi mentionem. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc pa
ginã nſæ approbationis, cõfirmationis, innouationis, cõmunitionis, adiectionis,
ſtatuti, decreti, mandati, & conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire.
Si quis aũt hoc attemptare præſumpſerit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac bea-
torũ Petri, & Pauli Apl'orũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrũ
anno Incarnationis dñicæ Milleſimo, Quingenteſimo decimonono decimo kl. Au
guſti Pont. noſtri anno ſeptimo. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã no
ſtræ approbationis innouationis, cõmunitionis, & decreti infringere vel ei auſu te
merario cõtraire. Si quis aũt hoc attemptare præſumpſerit indignationẽ Omnipo
tentis Dei, ac beatorũ, Petri, & Pauli Apl'orũ eius ſe nouerit incurſurũ, Dat. Romæ
apud Sanctũ Petrum, anno Incarnationis dñicæ Milleſimo Quingenteſimo vigeſi-
moquarto Id. Febr. pont. nſi anno ſecundo. Cum aũt ſicut nobis innotuit ꝙ pluri
mi Duces, Comites, Marchiones, Domicelli, Barones, & alii in tpalibus Domini, Vi
carii, Cõmunitates, & vniuerſitates Ciuitatum, Terrarũ, & locorũ eidẽ Romañ.
Eccleſię mediate, vel immediate ſubiectorũ nõnulliq; alii ſingularia certamina exo
ptantes & alii ẽt vt prępertur ſubditi illa videre cupiẽtes ſuorũ ſtatus ſalutis & ho-
noris immemores literis prędictorũ hmõi cõtrauenire, & cenſuras ac pęnas in illis
cõtentas paruipendere nõ vereantur in animarũ ſuarũ perniciẽ, & diuinę Maieſta-
tis offenſam ac Reipublicę lęſionem. Nos quorũ eſt, ſceleratorũ inſolẽtiis quibus
aduerſus Deũ, & proximũ ac dictę ſedis aũctem veluti Catholicæ profeſſionis ini-
mici ſeruiunt ſalubriter reprimẽdis ne ipſorũ inualeſcat pręſumptio, & peruerſitas
extollatur intendere, & ne literę prędictę quę prouida deliberatione ab ipſis prę
deceſſoribus emanarunt contemptibiles reddantur, ſed illarum tranſgreſſores de-
bita animaduerſione puniãtur prouidere volẽtes. Motu proprio nõ ad aliquorũ no
bis ſuper hoc oblatę petitionis inſtãtiã, Sed de noſtra mera deliberatione & ex cer-
ta ſcientia ſingulas Iulii, Leonis, & Clementis prædeceſſorũ prædictorũ literas cũ
ſtatutorũ ordinationũ addictionũ, decretorũ, declarationũ, cõfiſcationũ, incorpo-

rationis,

rationis, applicationis, voluntatum, & mandatorum, ac omnibus & ſingulis aliis in
eis reſpectiue cõtẽtis clauſulis auctoritate apoſtolica tenore præſentiũ approba=
mus, & innouamus, & perpetuo firmitatis robore ſubſiſtere, & ſingulos quos lrę
ipſæ cõcernunt, & concernẽt ſub excõis anathematis, maledictionis, perpetuę infa
mię, diffidationis criminis lęſę Maieſtatis ſeditionis, rebellionis, cõfiſcationis, & pri=
uationis Statuum, & Dominiorum, ac Feudorum, & Vicariatuum, ac aliorum bono
rum ſuorum ac depoſitionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impoſterũ
obtinẽda, ac interdicti, ac aliis cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis, & tẽporalibus, aliiſq;
in eiſdem literis cõtentis quas cõtrauenientes eo ipſo incurrant, & inteſtabiles fiãt,
ac vltra pęnas prædictas Carceribus mancipari, & detineri, & pęnis p̃dictis irremiſi
biliter puniri debeãt ꝑpetuo obſeruari, & ꝑ Executores in dictis literis deputatos
aduerſus eoſdem cõtrafacientes ad totalẽ executionẽ dictarum pęnarum procedi
debere decernimus, illaſq; tam ad pugiles taliter pugnãtes q̃ eos ad id tentãtes, &
prouocãtes aut locum, ſeu campum ad pugnãdum dãtes ſeu cõcedentes, ac in illis
aſtãtes, & intereſſentes, ac certãtes cõmitantes, & cõmitiuam pręſtãtes, necnõ con
ſulentes, ac adhærẽtes, & fautores, necnõ cartas certaminis ſeu Duelli ſubſcribẽtes,
vl' affigẽtes aut publicãtes ẽt ſi prædictæ ſeu cuiuſcunq; alterius, dignitatis, nobili=
tatis, ſtatus, gradus, & ordinis, tã eccleſiaſticæ quam mondanæ, exiſtãt ẽt ad hoc
vt ipſi vltra pænas prędictas excõis maioris latę ſententię pœnã a qua non niſi a no=
bis ſeu Romañ. Pont. pro tpe exiſtẽte abſolui poſſint eo ipſo incurrãt, & ſi eccleſia=
ſtici fuerint ẽt omnibus, & ſingulis eccleſiis Monaſteriis, dignitatibus, & aliis bene
ficiis eccleſiaſticis per eos obtẽtis, ſeu in quibus, & ad quęuis eis cõpetit eo ipſo pri
uati, & ad illa, ac alia impoſterũ obtinẽda inhabiles exiſtant, necnõ illa taquã per
priuationẽ hmõi vacantia ab aliis impetrari poſſint extẽdimus, & ampliamus, & ni
hilominus præmiſſa omnia, & ſingula prout per Iulium, Leonẽ, & Clementẽ præ=
deceſſores pręfatos ſtatuta & ordinata inhibita, decreta, & mandata fuerunt in om
nibus, & per omnia, de nouo ſtatuimus, ordinamus, inhibemus, decernimus, decla
ramus, & mandamus, ac omnes conceſſiones Duellorum hmõi, & facultates deſup
prędictis, ſeu aliis quibuſuis perſonis per quoſcunq; Romañ. Pont. prædeceſſores
noſtros ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionibus forſan conceſſas appro
batas innouatas harum ſerie reuocamus, caſſamus, & annullamus. Et inſuper cu=
piẽtes illa, & tam deteſtabilẽ pugnantium, & aliorum loca ad pugnandum, ac alias
in præmiſſis fauorẽ præſtantium, & deniq; tanti ſceleris fautorum nequitiã nõ ſo=
lum in terris, & locis eidem Romañ. Eccleſię vt præfertur ſubiectis ſed alias vbili=
bet penitus reprimi & aboleri ac ſingulorum Chriſtifidelium animarum periculis
obuiare per viſcera dñi nr̃i Ieſu Chriſti rogamus & obteſtamur vniuerſos & ſingu=
los totius orbis Imperatorẽ, Reges Duces ẽt armorum, Marchiones, Barones, cæte
roſq; principes Chriſtianos necnõ dominia potentatus cõmunitates ciuitatum, ac
vniuerſitates oppidorum Caſtrorum Terrarum & locorum quorũcunq; illorumq;
in tẽporalibus dños ac ẽt militum tã equeſtrium q̃ pedeſtrium Capitaneos & pręꝰ
fectos ẽt tẽporali ditioni ipſius Romañ. Eccleſię nõ ſubditos cuiuſcunq; ſtatus, gra
dus, ordinis, conditionis, nobilitatis, ac pręeminẽtiæ fuerint vt diuini nominis in
tuitu & pro ſua in nos & hanc ſanctã Sedẽ apoſtolicam deuotione, & reuerẽtia, nec
non fidei cultu & conſeruatione ac animarum eorum qui hmõi Duella diabolica
fraude decepti perquirunt ſalute dicta Duella ſeu alia ſingularia certamina in ſuis

Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Baroniis, Dominiis, Terris, & locis nullate nus fieri permittant immo ne fiant expreſſe prohibeant & diſſuadeant diſtrictius percipientes eis ne vllo vnquam tempore hmôi Duella ſeu certamina quouis prętextu ſeu quauis occaſione vl' cauſa admittere aut aliquos ad id irritare ſeu prouocare vel illis intereſſe aut vt fiant pati ſeu permittere audeant vel præſumant alioquin eos ac etiam extra terras, et loca ditioni Eccleſię hmôi non ſubiecta Duella ſeu ſingularia certamina hmôi aut diffidationes deſuper facientes et ad id irritantes ſeu prouocantes et auxilium conſilium vel fauorem dantes ac illis aſtantes et intereſſentes et ſimiliter chartas deſuper ſubſcribentes aut publicantes ſeu de illis ſe intromitentes eorumq; ac ipſorum ſingulos ab Imperatore, & Regibus, inferiores maioris excôis & vltra eam ſi eccleſiaſtici fuerint priuationis & inhabilitatis pęnis prædictis ſubiacere illaſq; incurrere & ab eis præterq̃ a nobis ſeu dicto Romañ. Pontifice pro tempore exiſtente vt præfertur abſolui aut aduerſus illas reſtitui ſeu rehabilitari non poſſe neq; debere decernimus, & declaramus. Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis quę dicti prędeceſſores in ſingulis eorũ literis prædictis voluerunt non obſtare cæteriſq; contrariis quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ approbationis, innouationis, extenſionis ampliationis, ſtatuti ordinationis, inhibitionis, mandati, præcepti reuocationis, caſſationis annullationis, rogationis, atteſtationis decretorum & declarationum infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Idibus Nouembris. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Cæ. Glorierius

Barengus.

*Fed. Cardinalis Cæſius.*

376164

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE